ministerium meum iudicare quod tale nullis inueniratis
mulieribus affectum quae uos nec dulcissimi filii fraudaret
gratia simul dicens redoperuit ambusta membra et
aepula optulit Cum adhortatione huiusmodi sermonis
hoc est prandium meum haec uestra portio uidete di
ligentius ne uos fraudauerim ecce pueri manus una.
ecce pes eius ecce dimidium reliqui corporis. et ne alienū
putetis filius est meus ne alterius opus arbitremini ego
feci ego diligenter diuisi mihi quod manducarem uobis
quod reseruarem Numquam mihi dulcior fili fuisti tibi
debeo quod adhuc uiuo tua suauitate animam tenuit mea.
et produxit matris miserae diem mortis subuenisti in
fame tu munus supremae senectae tu percusso
rum repressor. uenerunt necatum conuiuae facti
sunt habebunt et ipsi quod tibi debeant cum aepulas
meas sumserint sed quid reperatis gradum quid hor
rescitis animo quur non aepulamini quod mater pec;
possunt et uos delectare quae matrem exsaturauit
Non esurio iam postquam me filius meus pauit abunde.
exsatiata sum famem nescio gustate et uidete quō,
suauis filius meus. Nolite fieri molliores matre infirmio
res muliere aut si uos in me buil nere misericordes
et non suscipitis hostiam meam atque auertamini holo
caustum meum ego consummabo sacrificium meum
manducabo quod reliquum est uidete ne uobis oppro
brio sit quod fortior uobis mulier reperta sit quae ab
sumeret aepulas uirorum ego quidem tales paraui
aepulas sed uos sic aepulari matrem fecistis. et me
tenebat passio sed uicit necessitas

Repleuit continuo totam urbem tanti sceleris nefas
et unusquisque tamquam ante oculos positum parricida
lis conuiuii ministerium perhorrescebat. Coeperunt
et ipsi incentores seditionis examinare per haec quos
raperent cibos ne similes escas inuenirent et uel
inprudentes sumerent Coeperunt uniuersi
timere ne diu uiuerent et mori uelle peruenit et ad
ad romanos